



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

18. de productione mulieris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

firmaretur, nec vlla infirmitate vel ætatis imbecillitate in deterius vel occasum laberetur. Alterum verò lignum scientiæ boni et mali, non à natura, sed ab occasione rei mali nō na postea sequutæ nomen accepit. quia post tura nec prohibitionem erat in illa transgressio virtute di tura: qua homo experiendo disceret, quid uina specia esset inter obedientiæ bonum, & inobedi-<sup>Aug. li. 8. su</sup> li, sed ab dientiæ malum. Non ergo de fructu qui per ge. euentu di-<sup>cap. 13.</sup> nasceretur inde, positum est illud nomen, Etum. sed de re transgressionem sequuta. Si verò collige quã primi parentes obedientes fuissent, nec tū malu in contra præceptum peccassent: non ideo ta- obedientia men minus diceretur lignum scientiæ boni sit, etiã si & mali, quia hoc ex eius actu accideret, si fiat in his vsurparetur. que de se sunt licita.

DE PRODVCTIONE  
Mulieris.

DISTINCT. Decimæ octauæ  
CAP. Primum.

*Posterius homine formata est Eua ex  
homine tanquam principio.*

**I**N eodem quoque paradiso mulierem formavit Deus, de substantia viri: sicut post plantatum paradysum subnectit scriptura, Immisit Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, &



formauit eam in mulierem. Sic autem voluit Deus hominem prius formare, ut homo esset humani generis principium: quatenus in hoc & superbia Diaboli confunderetur atque retunderetur, quoniam homo in munere accepit, quod Diabolus peruersè rapere voluit. Concupierat enim se esse aliud à Deo principium, sed obtinere non potuit. Et ut per hoc etiam hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Nam sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis: ita homo omnibus hominibus principium generationis. Ideoque etiam ex vno homine omnes esse voluit Deus, ut eum cognoscerent se ab vno esse, omnes se quasi unum amarent.

*Cur de latere viri eiusdemque dormientis producta est.*

*Aug. li. 9. de gen. ad lit. c. 15*  
 Quia igitur viro nec domina nec ancilla parabatur, sed socia: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda: ut iuxta se ponendam cognosceret quam de suo latere sumptam didicisset. Atque eidem dormienti detracta est costa: ut & nullam in eo sensisse poenam monstraretur, cum nec eum à quiete soporis excitauit: & sacramentum Christi & Ecclesiae figuraretur. quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita Ecclesia ex sacramentis,

P iij

*fol. 119 b. l. 22. 3.*



quæ de latere Christi in Cruce dormientis  
profluxere, scilicet sanguine & aqua, quibus re- *Ephes.*  
diminur à pœnis, & abluimur à culpis.

C A P. Secundum. De illa costa, sine  
additamento alterius materia,  
formata est.

**D**E sola ipsius costæ substantia, sine om-  
ni extrinseco additamento, per diuinã  
potentiam in semetipsa multiplicata  
mulieris corpus factum dicendum est, eo fa-  
nè miraculo, quo postea de quinque pani-  
bus à Domino Iesu benedictione cælesti *Ioh. 6.*  
multiplicatis, quinque milia hominum sa-  
tiata sunt. Cæterum si Deus aliquid addi-  
disset, min⁹ illud esset quàm idsa costa, ideo-  
que potius de illo addito, quàm de ipsa co-  
sta mulier facta deberet dici, de quo plures *Aug.*  
accepisset substantiæ partes. Illud etiam sci- *li. 9. de*  
re oportet, quòd cum angelorum ministerio *gen. ad*  
facta sit mulieris formatio, non est eis ta- *lit. 6. 15*  
men tribuenda creationis potentia. Angeli  
enim nullam possunt creare naturam: ergo  
nec formare costam in mulierem, nec carnis  
supplementum in loco costæ. Non quòd ni-  
hil agât vt aliquid creetur, sed nō ideo crea *Aug.*  
tores sunt, sicut nec agricolæ segetum vel *li. 9. de*  
arborū. Solus Deus, id est Trini. est creator. *gen. 1.*  
Facta esset ergo fœmina à Deo, etiam si co- *15.*

*Creatura  
creaturam  
non creat.*



ita ministrata sit per Angelos.

CAP. Tertium. In costa Adæ, ratio  
seminalis id non habebat, vt ex  
ea ita fieret mulier: sed  
tantum, vt ita  
fieri posset.

**A**D quod sciendum est omnium rerum  
causas inde ab æterno esse, quas primor-  
diales dicimus: quia istas aliæ nō præ-  
cedunt, sed istæ alias: quæ sunt causæ causa-  
rum. & sic dicit Aug. ~~causas primordiales o-~~  
mnium rerum in Deo esse, quas pluraliter di-  
cit propter diuersos effectus. Nam vnum *Costa Adæ*  
sunt, diuina prouidentia, dispositio, siue vo- *erat in po-*  
luntas. In creaturis autem quarundam rerū *tentia obe-*  
sunt causæ, quibus (vt ait August.) inseruit *dientiali et*  
18. Deus ~~seminales rationes~~, secundū quas alia nō natura-  
ex aliis proueniunt. Et hæ primordiales que- *li ad corp<sup>o</sup>*  
que causæ dici possunt: quia in prima rerum *Eue.*  
conditione rebus insitæ sunt à Deo. Et sicut  
creaturæ mutabiles sunt, ita & ex causæ  
mutari possunt. quæ autē in immutabili Deo  
causa est, non mutari potest. Vnde illa quæ  
fiunt secundum causas, quæ tantum sunt in  
Deo, dicuntur fieri mirabiliter & præter na-  
turam: cuiusmodi fuit (ait August.) mulieris  
factura de costa viri. Non habuit enim pri-  
ma rerum conditio, vt fœmina sic fieret, sed  
vt fieri posset. Et illa quidem quæ secundum

P iiij

*causæ primordiales  
causæ naturæ*

*Costa Adæ  
erat in po-  
tentia obe-  
dientiali et  
li ad corp<sup>o</sup>  
Eue.  
fol. 169. n.  
c. 8.*



causam seminalem fiunt, dicuntur naturali-<sup>Aug.</sup>  
 ter fieri: quia ita cursus naturæ hominibus <sup>vbi su.</sup>  
 innotuit, supra quem creator habet apud se <sup>Ca. 18.</sup>  
 posse de omnibus facere aliud quàm natu-  
 ralis ratio habeat: vt scil. virga arida repen-  
 te floreat, & fructum gignat: & in iuuen-<sup>nu. 17.</sup>  
 tute sterilis fœmina in senectute pariat, & <sup>Luc. 1.</sup>  
 huiusmodi.

C A P. Quartum. Deus animam Eue  
 condidit de nihilo, & non  
 de anima Adæ.

**Q**uemadmodum mulieris corpus de vi-  
 ri corpore traductum fuit, ita putau-  
 erunt aliqui ipsius animam de viri  
 anima propagatam, & omnes animas præ-  
 ter primam ex traduce esse, sicut corpora,  
 Alij autem putauerunt simul animas ab ini-  
 tio creatas. Catholica autem Ecclesia (vt di-  
 cit August.) animas hominum nec ab initio  
 inter creaturas intellectuales (vt Origenes  
 fingit) nec simul ex traduce factas esse, nec  
 in corporibus per coitum seminari docet,  
 vt Luciferiani & Cyrillus. Sed dicimus ani-<sup>Aug.</sup>  
 mam coagulato in vulua corpore, compa-<sup>de ecd.</sup>  
 cto ac formato, creari atque infundi. Hiero. <sup>dog. 1.</sup>  
 etiam anathematis vinculo illos condem-<sup>ca. 14.</sup>  
 nat, qui animas ex traduce dicunt: inducens <sup>to. 3.</sup>  
 authoritatē Prophetæ, Qui finxit sigillatim <sup>Pf. 32.</sup>  
 corda eorum. <sup>To. 8.</sup>

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200

X